

DISPUTATIO MEDICA  
IN AVGVRALIS

De

# A N G I N A;

QUAM,

Favente Deo ter Opt: Max:

EX AUTORITATE & DECRETO

AMPLISSIMAE FACVLTATIS

Medicæ quæ est in Elestorali Duis-  
burgō - Clivenſi ACADEMIA

Pro summis in Medicina honoribus ac  
privilegiis legitimè consequendis

*Publica eruditorum disquisitioni subiecta.*

JOHANNES MVYS, ARNHEMO-  
GELRUS.

Ad Diem 19. MARTII in Templo Academicus.



DIVISBURGI CLIVORVM,  
Typis JOHANNIS RAVENS, Typographi,

ANNO M DC LVI.

SPECIATISSIMIS, DOCTISSIMIS, CONSULTISSIMIS  
V. I. R. I. S.

Dn. ISAACO MVYS & Doctrina & longo usu rerum  
forensium expertissimo Patenti suo in ziernum hono-  
rando.

Dn. IACOB O MVYS Civitatis Does. { Patruis suis sum-  
burghensis Consuli dignissimo. { mo cum honore  
colendis.

Dn. ABRAHAM O MVYS Mercatoris  
apud Arnheimenses solertissimo.

Dn. GERHARDO MVYS Med. Doctori apud Arn-  
heimenses peritissimo Fratris suo perquam charo.

Hanc Disput. Inauguralem

Offert  
Johannes Muya.

D I S P U T A T I O M E D I C A  
Inauguralis

D E

A N G I N A

T H E S I S I.

**N**ter eos morbos, quibus ab effectu nomen est imponicium, merito sibi locum vendicat *Angina*, ut propter ab *angendo*, quod sauces angat, vel similibus affectionibus aliis, dicta.

**I I.** Estque tumor faucium præter naturam ab influxu humorum genitus compressione respirationem & deglutitionem lœdens. Et est vel *vera* vel *notba*.

**I I I.** *Vera* est Phlegmone in musculis faucium cum febre continua respirationem & deglutitionem comprimendo impediens.

**I V.** Est autem hæc phlegmone vel propriè dicta ex sanguine puro, vel erysipelatodes ex sanguine bilioso, vel etiā aliquando edematodes ex sanguine pituitoso, rarissime *Schirrodes*, ex sanguine melancholico ortum trahens.

**V.** Locus primariò affectus sunt sauces, id est, ea pars quæ constat è pharynge seu principio œsophagi, & larynge seu capite asperæ arteriæ, e jusque musculi œsophagi nempe & gutturi tanta internis quam externis, nec non & glandulis.

**V I.** Eisi vero sepiissime utraque muscularum pars in *angina* afficiatur, tamen cum nonnunquam hæc magis, aliquando vero illa affligatur, hinc ex particulis magis minus re affectis, ut & symptomatum magnitudine quatuor ve-

re angina species constituerunt Medici.

VII. Prima dicitur *Gynanche*, cum interni guttulis seu *Laryngis* musculi inflammationem patiuntur. Secunda, *Paracynanche*, cum exteriori ejusdem musculi inflammantur. Tertia, *Synanche*, si interiores Pharyngis muleulos *Angina* occupet. Quarta *Parasynanche*, si musculi ejusdem exteriori eodem malo afficiantur. Cæterum si sanguis in glandulas faucium partibus adstratas defluat, easque inflammeret, *Angina* quoque erit species, deterior mitiorve prout se in dictis musculis diffundit inflamatio.

VIII. Causa anginæ continens remora est sanguis vel putrus, vel biliolus, interdum puritus, rarius melancholicus, qui in fauces delaplus *Phlegmonem* ibidem patit.

IX. Causæ antecedentes, quæ sanguinis fluxum & impetum concitant, sunt immoderata ejus copia aut tenuitas, fervor, exagitatio ab æstu, immodico frigore, nimio motu, vini meri largo potu, ira, iactu, aquæ frigidæ haustu &c. quibus accedit fauum dolor & imbecillitas, qua promptius fluxio expicitur.

X. Signa Pathognomonica sunt difficultas respirationis & deglutitionis, sensus angustiz cum dolore in faucibus.

XI. Dignotio specierum In *Cynanche* lentitur angustia major cum dolore acerbissimo, ægri orthopnæam patiuntur & linguam instar canum exerunt, febris est vehementior, nullum nec tumoris, nec caloris indicium tam extra quam intrâ appetet. In *Paracynanche*, angustia est minor, dolor mitior & respiratione liberior. In *Synanche*, deglutitio magis, quam respiratione lreditur, dolor & calor adeo vehemens & depreca linguæ tumor seu inflammatio in fauum angustiis appareat. In *Parasynanche*, respirationis parva est difficultas, dolor non vehemens foris in collo tumor & rubor se conspicere offert, & aliquando simul lingua cum faucibus est affecta. Possunt autem hi modi complicari, quo in casu signa sunt conjugenda.

XII. Nota angina est Oedema, vel etiam aliquando *Sibirum* fauum ab humore pituitoso, vel melancholico, deglutitionem

**Nem & respirationem hædens.**

XIII. Differt à *vera*, quod in hac sit nulla aur perquam exigua febris, dolor obtusior penèque nullus, nisi quando dilutunt, tumor laxior, nec durus, nec tenitus, nisi in Schizum abeat, sine rubore plerumque, aut ardore, spiratio liberius. Sit ne veit ab humore pituitoso, aut melancholico præcipue ex temperamento, habitu corporis, etate, sexu, aere, viæ us ratione seu frigida & humida, seu frigida & secca dignoscitur.

XIV. Hoc non *angina* accensetur illa, quæ non proprio affectu, sed per consensum fit, cum vertebra cervicis intò luxata fauces ac gula gurgurisque introitus premunt & artius coartant, oriturque sèpissimè à causis externis, ut iðu, calu etc. Sunt præterea plures *angina* species, sed illarum diversitas est tanta, ut hic commodè recenseret & discriminari vix queant.

XV. *Prognosis*. Inter *anginas* gravissima est, ac celerimè intermit *Cynanche*: aliquando enim eodem die, secundo vel tertio & ad summum quartò strangulat, ut inquit Hipp. 30. progn. Minus gravis ac periculosa est *Paracynanche*: minus adhuc *Syntache*, minimè *Parasynanche*, quia in hac parva adest tum spirandi tum devorandi difficultas & medicamentis subjacer. Quæ glandulas occupat humiliores, prout *angina* speciem aliquam continent habet, ut serè sit, plus minusve dubia est. *Noth* & *tutior* est, sed diurnior: à *luxatione*, lethalis est, eo magis quo luxatio est maior. Si tumor apparet in collo, bonum: nam foras vertitur morbus, aph. 37. S. 6, item, *Angina* implicito strinctor & rubor in thorace supervervenerit, bonum: foras enim sele convertit morbus, aph. 49. S. 7. Qui è contrà, ab *angina* libertantur, ijs ad pulmōnem vertitur, & in septē diebus pereunt, si hos effugerint suppurantur, aph. 10. S. 5. Vox obscura, lingua & facies viridis aut nigra, extremonum refrigeratio, sudor frigidus, maximè in axillis & pudendis, spuma circa os, syncope vehemens, alphyxia, lethalia:

XVI. Terminatur autem *angina*, vel per insensibilem resolutionem, vel per suppurationem, vel per indurationem, vel per translationem matteria ad alias partes transi veit frequentius: Cynan-

**Cynanche** in peripneumoniam, **Patayanche** in pleuritidem. Si ad spinalem medullam, nervosque fluxio transeat, convulsionem excitat. Omnis autem angina per iudicationem aliorum morborum, à quibus vires fractæ, lethalis est.

**XVII.** *Curatio* est vel *preservatoria*, quæ perficit à causa morbi exceptâ continentem; vel *curatoria*, quæ ab ipso morbo & causa eius continente desumitur: vel *symptomatica*, cuius indicans est symptoma valde urgens: vel tandem *conservatoria* seu *vitalis*, quæ insinuat à viribus.

**XVIII.** *Causa* *vulnorum* in hoc affectu corrigendum primum occurrit *motus inordinatus*, qui *revulsionem*, *repulsionem* & *derivationem* indicat. Deinde *quantitas*, quæ sui quandam indicat imminutionem.

**XIX.** *Revulsionis* gratiâ statim *venæfæcio* in uno cubito, vel si hoc non sufficiat etiam in alio, pro virium ratione instituatur, cucurbitulæ scarificatæ scapulis aliisque partibus circumjacentis, pro usus exigentia applicentur; ubi circurbitulæ locum non habent, hirudines apponantur, item extremonum strictiones & ligaturæ dolorificæ etc. adhibeantur. Quod si *venæfæcio* fieri nequeat alius actiore *clyster* eluenda est, quod etiam præmitti potest.

**XX.** *Repulsio*, in principio quoque instituenda, sit per repellentia, quæ solum intus in fauibus, non verò ex terra, sub forma gargar. & collutionum oris, vel linctuum adhiberi debentur; ut Rx. Agrimon. plantag. ana. M. j. gran. herb. cort. gran. sem. acetosa, portulacæ ana, drach. ii. ros. rub. hord. integri an. P. i. Passul. unc. f. F. decoct. ad lb. j. in qua dissolvit diamor. dianuc. succ. Granat. an. drag. i. f. F. Gargar. Parti v. externæ collilana succida oleo viol. chamo mill. & liliori imbuta applicanda. In augmento digerentia misceantur, ut Rx. Fior. sambuci, hyssop. an. M. f. rotat. rub. P. i. hordei integri, M. f. Passul. minor. unc. i. Coque in S. q. aquæ fluviatilis pro unc. ix. In quibus dissolue Oxytel, simpl. unc. i. Diamori, drach. vi. Misce pro Gargar.

**XI.** *Derivatio*. utenda quando copia materiz est immunita

muta & affluxus sedatus, peragitur se &is venis raninis, quod si commode fieri nequeat, hirudines lingue admoveantur, vel vena jugularis externa incidatur; vel secundum Celsum lib. 4. Cap. 4. Cucurbitula cum scarificatione recte sub mento & circa fauces edimetur, ut id quodd strangulat, erocet.

X X H. Imminutio ab humorum copia indicatur; illa enim si adsit, sequenti statim die leni aliquo purgante exhibito minuatur, si vero per os non admittat, clysterio fortis oportet.

X X I II. Causa continens seu loco peccans indicat vel resolutionem vel suppurationem.

X X I II. Ad resolutionem valer quod &c. Fol. prunell. viol. an. M. i. scabios. malv. arbior. an. M. f. Flot. chamæmel. melilot. an. P. i. glycyr. ras. drach. iii. semi. fœnigræc. drach. ii. Cari- car. ping. Ns. iii. pastul. unc. f. Cog. in agt. bœde. S. ad tertie partu consumptionem; Colat. lib. i. dissolv. syr de bœthica, mellis res. t. colati an. unc. I. Misce pro gargarism. In declinatione astringentia sunt addenda, ne pars per se mollis nimis molliatur. Forest. in declinat. nidum unum hirund. concilium pro gargarismo praescribit cum plumbis: Alii pro secreto habent cœcrotorum cinerem, vel album græcum, vel stericus gal- linæ cum mielle quod illimum. Exterior quoque collis pars illa linatur linimentis seu unguentis modice resolventibus, ut B. Puly. nidi hirund. sterici canis jejuniø macerati, columbini ana. unc. i. rad. iresos, flot. chamomill. an. drach. f. pingued. galli. unc. f. Olei lilior. alb. unc. i. f. Ceteræ flavae parum fr. at ung.

X X V. His vel similibus si malum non cedat ad suppurationem tendere, indicio est, quod si animadvertisatur, adjuvanda est maturatio, tum externis, tum internis medicamentis. Intus utile est, frequenter medullam cassiz. in ore teneare, ut paulatim liquefcens in gulam descendat. Gargarism. vel & collutiones sunt ex decocto rad. altheæ, malvæ, lilior. alb., caricat. dactilar. jujubarum, passula- tam. Extra vero applicari possunt cataplasmata ex facili linæ fœnig.

senigt., malva, althæa, adipe gallinæ, oleo siliquæ etc. Quibus, ut  
facilius rumpatur abscessus aliquid nitræ, vel cineris hyrundi, vel  
stercoris canini addi potest: & si his non rumpatur vel vociferatione,  
vel screatu, vel cereâ candelâ oleo amygd dulc illata  
& in œsophagum immissa; vel li conspici possit cultro ligneo vel  
scalpello, prono capite est aperiendus, & cum ulcus abstergendum  
collutione vel gargar. ex hydromelite, decocto hordei  
melle adjuncto; vel lisorius aristol. rot. irid. florent. rad. in hy-  
dromelite coctis: tandem consolidandum liniamento ex pollinis  
thuriis, bol. armeni, mirra etc. cum melle exceptis.

**X X V I.** *Symptoma valde urgens*, cum tanta est respirationis  
læsio, ut citâ suffocatione nibil videatur praesentius, *sectionem*  
*asperæ arterie seu laryngotomiam* indicat, quæ sit cure prius digitis  
ministri apprehensâ & secundum longitudinem percussa &  
rum musculis secundum longitudinem divisis. transversâ inter  
quartum & quintum scutellatum & quartum annulum, sectione  
Hinc cannula parva alata immitenda, donec suffocationis  
metus præterierit.

**X X V II.** *Vires* indicant sex rerum non naturalium legitimam  
utram usum, ut, si sit temperatus ad frigiditatem inclinans. Vi-  
sus sit tenuissimus, refrigerans & humectans. *Quies* corporis &  
animi, ut & *seminus* parcus commendantur. *Alyus* sit libera.

F. I. N. I. S.

### Corollaria.

1. *Nangina & pleuritide perinde est, sive venæ se-  
tæ iorevulsoria in dextro sive in sinistro cubito  
instituantur.*
2. *Et eadem venæ sectio in cubito instituta ad ma-  
jorem distantiam revellit quam in carpo.*
3. *Pulvis magnus à ychémepi est diversus.*